



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm  
Collectio Regia**

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

**Parisiis, 1644**

Qvartvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

## QVARTVM.

11. quæst. 1.  
Nullus episcopus.

Nullus episcopus, neque pro ciuili, neque pro criminali causa apud quemuis iudicem, siue ciuilem siue militarem, producatur, vel exhibeatur. Magistratus enim qui hoc iubere ausus fuerit, amissione cinguli condemnatio ne plectetur.

## QVINTVM.

Ex libro iv. librorum quinque, cap. 21.

*De episcopis qui fratribus nocere desiderant.*

1. Ioann. 4.

1. Ioann. 3.

Ibidem.

Ephes. 4.

Sicut omnis qui diligit fratrem suum, ex Deo natus est: ita & omnis qui odit proximum, ex diabolo est. Dilectione enim sola discernimur, quis ex quo genitus approbetur, dicente Ioanne: *In hoc manifesti sunt filii Dei, & filii diaboli: Omnis qui non facit iustitiam, & qui non diligit fratrem suum, non est ex Deo: quoniam haec est annuntiatio, quam ab initio audistis, ut diligamus alterutrum.* Et post paululum: *Omnis qui odit fratrem, homicida est.* Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. Ecce homicida esse probabiliter declaratur, qui a fraterna societate diuiditur. Nam etsi manus non moueat ad occidendum, pro eo tamen quia nititur ad nocendum, iam a Deo homicida tenet. Vixit ille, & iste iam imperfectior conuincitur. Cum igitur his præceptis B. apostolus Paulus consona prædicatione concordet, dicens: *Non occidet sol super iracundiam vestram: Et, Nolite locum dare diabolo: relatæ sunt nobis quorumdam sacerdotum personæ in tantam obstinationis efferbuisse discordiam, vt non solum illos ab ira occasus solis non reuocet, sed ne annosâ quidem transactio temporis ad bonum caritatis reclinet, quippe in quorum cordibus idem sol iustitiae Christus occubuit, vt ad lumen caritatis redire vix possint.* Horum igitur & similium discordantium fratrum oblationes, iuxta antiqui Canonis diffinitionem, nullo modo recipiendas esse censemus. Personis tamen discordantibus, id speciali diffinitione præcipimus, vt eos ante reconciliatio vera inneat, quam nullus eorum accedere ad altare Domini audeat, vel gratiam communionis sanctæ percipiat: sed geminato tempore per pœnitentiam

com-